


Schenkungsurkunde (sog. Testament) Ottos von Cappenberg



1 In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Ego Otto Dei
gratia Capenbergensis ecclesie cum pie memorie fratre meo Godefrido devotus
fundator, postea autem eadem gratia tercius eiusdem loci prepositus, omnibus
5 quorundam non insipienter cogitantium, qui sibi speciales patronos de numero
sanctorum eligunt, ego quoque sanctissimum et Christo privilegio amoris dilectum
Johannem apostolum mihi summa cum devotione patronum elegi, non sum passus,
hanc devotionem operis attestazione carere, iuxta illud, quod dictum est, probatio
dilectionis exhibitio est operis. Itaque studui pro viribus aliqua colligere, de quibus
10 in utroque festo ipsius beati Johannis Deo dilectis fratribus nostris refectio
sollemnior procurari posset, que et nominatim subscripsi, ne vel ignorantia
neglectui dari vel dolo possent ullatenus subcelari: in Wetmere XVI solidos ad
perpetua luminaria ecclesie ipsius, apud Ingelenheim de plantario carratam vini,
quam persolvent Wiselenses, in Reomago medietatem vini de quadam vinea, que
15 vocatur Chundmen, item in Reomago marcam, quam dabit cellerarius
Capenbergensis, in Wesheim IIIIor solidos Monasterienses de manso, quem faber
tenuit, in Hagen IIIIor solidos Monasterienses, in Ripenhorst II solidos eiusdem
monete, in Erthburg IX solidos Tremonienses, domus nostra in Hilbeke IIII modios
nucum ad lampades succendendas in utroque festo s. Johannis, de Budenrothe V
20 solidos Wiselenses et tres maldros siliginis sororibus in Wisela in octavam s. Johannis
post nativitatem Domini. Sed et hoc non solum successorum meorum, verum etiam
totius congregationis noticie impressum esse cupio, quod sicut hec que prescripta
sunt, ad memoratam fratrum ac sororum refectionem deputavi, ita etiam crucem
auream, quam sancti Johannis appellare solebam, cum gemmis et catenulis aureis,
25 quin et capud argenteum ad imperatoris formatum effigiem cum sua pelvi
nichilominus argentea, necnon et calicem, quem mihi Trekacensis misit episcopus,
quod hec inquam ad perpetuum ornatum memorate ecclesie tota devotione
inviolabiliter dedicavi. Igitur hec omnia ita ut hic annotata sunt, non solum
successoribus meis, sed etiam toti congregationi conservanda atque adimplenda, in
30 ea fide committo, qua Christus matrem suam sanctissimam et perpetuam virginem
caro suo Johanni in cruce pendens commendavit. Et quoniam hec commendatio licet
pio cordi amabilis sit, tamen durum et temerarium cor non satis terret aut
constringit, huius pagine violatorem eterno ligamus anathemate, quousque
resipiscens, quecumque imminuit aut subtrahit, ad integrum restauret atque
35 reformet. Conservatori sit pax et gratia a patre et filio et spiritu sancto,
contemptorem eiusdem Trinitatis et individue Unitatis ira et vindicta persequatur.
Fiat. Fiat.

Pergament; 36,5 x 46,5 cm; eingehängtes Siegel des Propstes Otto von Cappenberg – Rückvermerk.
Stiftsarchiv Cappenberg, Archiv Graf von Kanitz, Selm-Cappenberg, Bestand A, Urkunde Nr. 13.

Stadt Lünen (Hrsg.): *Urkundenbuch der Stadt Lünen bis 1341*. Lünen 1991, Nr. 10, S. 32-33.

Datierung: Vor Ottos Tod im Jahre 1171.

In nomine sanctę et indiuidę Trinitatis Patris et filii et spiritus sancti. || ego OTTO Dei gratia Cappenbergensis ecclesię cum pię memorię fratre meo GODEFRIDO deuotus fundator, postea autem eadem gratia tercius eiusdem loci Prepositus, omnibus successoribus meis in perpetuum. Quoniam iuxta consuetudinem et deuotionem quorundam non insipienter cogitantium, qui sibi speciales Patronos de numero Sanctorum eligunt, ego quoque sanctissimum et Christo privilegio amoris dilectum Johannem apostolum mihi

Summa cum deuotione Patronum elegi, non sum passus, hanc deuotionem operis attestacione carere, iuxta illud quod dictum est, Probatio dilectionis exhibitio est operis. Itaque studui pro uiribus aliqua colligere, de quibus in utroque festo ipsius beati Johannis, Deo dilectis fratribus nostris refectio sollempnior procurari posset, Quę et nominatim subscripsi, ne vel ignorantia neglectui dari, uel dolo possent ullatenus subcelari. In Wetmere XVI solidos ad perpetua luminaria ecclesię ipsius. Apud Ingelenheim de plantario carratam uini, quam persoluent Wiselenses. In Reomago medietatem uini de quadam uinea que uocatur Chundemen. Item in Reomago marcam quam dabit Cellerarius Cappenbergensis. In Wesheim III. solidos Monasterienses de Manso quem faber tenuit. In Hagen III. solidos Monasterienses. In Ripenhorst II. solidos eiusdem Monete. In Erthburg IX. solidos Tremonienses. Domus nostra in Hilbekę III. Modios nucum, ad lampades succendendas, in utroque festo S. Johannis. De Bûdenrothe V. solidos Wiselenses, et tres Mالدروس siliginis, Sororibus in Wisela, in Octaua S. Johannis post Natiuitatem Domini. Sed et hoc non solum successorum meorum, uerum etiam totius congregationis noticię impressum esse cupio, quod sicut hęc quę prescripta sunt, ad memoratam fratrum ac sororum refectonem deputavi, ita etiam Crucem auream quam Sancti Johannis appellare solebam, cum gemmis et catenulis aureis, quin et lampadem argenteam, ad Imperatoris formatum effigiem, cum sua pelui nichilominus argentea, nec non et calicem quem mihi Tre-kacensis misit episcopus, quod hęc inquam ad perpetuum ornatum memoratę ecclesię tota deuotione inuolabiliter dedicavi. Igitur hęc omnia ita ut hic annotata sunt, non solum successoribus meis, sed etiam toti congregationi conservanda atque adimplenda, in ea fide committo, qua Christus Matrem suam sanctissimam et perpetuam uirginem caro suo Johanni in cruce pendens commendauit. Et quoniam hec commendatio licet pio cordi amabilis sit, tamen durum et temerarium cor non satis terret aut constringit, huius pagine uiolatorem ęterno ligamus anathemate, quousque respiscens, quęcunq; imminuit aut subtrahit, ad integrum restauret atque reformet. Conservatori sit pax et gratia a patre et filio et Spiritu sancto, contemptorem eiusdem Trinitatis et indiuidę unitatis ira et uindicta persequatur. Fiat. Fiat.

Das unten auf der Charte mit Pergamentstreifen festgeheftete, noch sehr wohl erhaltene, kreisförmige Siegel, zeigt das vorwärts schenke Brustbild eines Geistlichen, mit unbedecktem Haupte, in der rechten Hand ein Kreuz, in der linken ein Buch haltend; mit der Umschrift: Otto. Johannis Ap. Seruus.

Heinrich August Erhard: *Regesta Historia Westfaliae*, Band 2, Münster 1851, S. 85-86, Nr. 310. [Online](#).

In dieser ersten gedruckten Edition des Westfälischen Urkundenbuchs war „capud [sic!] argenteum ad imperatoris formatum effigiem“ fälschlich mit „lampadem argenteum [sic!] ad imperatoris formatum effigiem“ übersetzt, sodass man im Jahre 1882 in Cappenberg – statt nach einem silbernen *Haupt* – erfolglos nach einem silbernen *Leuchter* (lampas) nach dem Bild eines Kaisers suchte:

Augustin Hüsing: *Der hl. Gottfried, Graf von Cappenberg, Prämonstratenser-Mönch und das Kloster Cappenberg*. Münster 1882, S. 68-69. [Online](#).

Im Namen der heiligen und unteilbaren Dreifaltigkeit des Vaters und des Sohnes und des heiligen Geistes. Ich, Otto, von Gottes Gnaden mit meinem Bruder Gottfried seligen Andenkens treu ergebener Gründer der Cappenberger Kirche, später aber durch die gleiche Gnade der dritte Propst dieses Ortes, an alle meine Nachfolger für immer: Weil nach der Gewohnheit und Ergebenheit einiger nicht unverständiger Denker, die sich besonders Patrone aus der Zahl der Heiligen wählen, auch ich den heiligsten und durch die Liebe Christi bevorzugten geliebten Apostel Johannes mir mit größter Ergebenheit zum Patron gewählt habe, dulde ich nicht, dass diese Ergebenheit der Bestätigung durch Werke ermangele, denn wie es heißt, ist die Bewährung der Liebe die Darbringung von Werken. Daher war ich bestrebt, nach Kräften Einiges zusammenzutragen, wovon an beiden Festen dieses seligen Johannes unseren in Gott geliebten Brüdern eine feierlichere Mahlzeit bereitet werden könnte. Das führe ich im Folgenden namentlich auf, damit es nicht durch Nachlässigkeit der Vergessenheit gegeben oder durch Betrug irgendwie unterschlagen werden kann: In Wethmar 16 Schillinge für das ewige Licht dieser Kirche; aus der Pflanzung bei Ingelheim ein Fuder Wein, das die Weseler erhalten; in Remagen die Hälfte des Weins von einem Weinberg, der Chundemen genannt wird; ferner in Remagen eine Mark, die der Kellner von Cappenberg austeilen wird; in Wessum vier münsterische Schillinge von dem Kotten, den der Schmied besitzt; in Hagen vier münsterische Schillinge; in Ripenhorst zwei Schillinge der gleichen Münze; in Erthburg neun Dortmunder Schillinge; aus unserem Haus in Hilbeck vier Scheffel Nusschalen zum Anzünden der Lampen an beiden Festen des heiligen Johannes; aus Budenrothe fünf Weseler Schillinge und 3 Malter Roggen für die Schwestern in Wesel am Fest der Oktav des heiligen Johannes nach Weihnachten. Ich wünsche, dass aber auch dies der Kenntnis nicht nur meiner Nachfolger, sondern auch der ganzen Gemeinschaft eingeprägt sei, dass ich, wie ich das, was vorstehend geschrieben steht, zur genannten Erquickung der Brüder und Schwestern bestimmt habe, so auch das goldene Kreuz, das ich das des heiligen Johannes zu nennen pflegte, mit Edelsteinen und goldenen Kettchen, und fürwahr der silberne Kopf, das nach dem Bild eines Kaisers geschaffen ist, mit seiner ebenfalls silbernen Schüssel, und gewiss auch den Kelch, den mir der Bischof von Troyes geschickt hat, dass ich diese Dinge, sage ich, zum ewigen Schmuck der genannten Kirche in völliger Ergebenheit unumstößlich bestimmt habe. Deswegen vertraue ich all dies so, wie es hier vermerkt ist, nicht nur meinen Nachfolgern an, es zu beachten und zu vollziehen, sondern auch der ganzen Gemeinschaft, in jener Zuversicht, mit der Christus am Kreuz hängend seine heiligste Mutter und allzeitige Jungfrau seinem lieben Johannes empfahl. Und weil diese Anempfehlung zwar einem frommen Herzen lieb ist, ein hartes und vermessen Herz jedoch nicht genügend schreckt oder zwingt, binden wir den Verletzer dieser Urkunde mit ewigem Bann, bis er sich bekehrend alles, was er minderte oder entzog, vollständig wiederhergestellt und erneuert hat. Dem Bewahrer sei Frieden und Gnade vom Vater und Sohn und heiligen Geist; den Verächter möge der Zorn und die Rache dieser Dreifaltigkeit und ungeteilten Einheit verfolgen. So sei es. So sei es.